

scripturas etiam apographa fluctuant, notae non melioris est quam ἐνταῦθ' ἔσμέν, de quo supra dicebam ad v. 21. Recte, ut videtur, Hermannus ξύνοικος αὐτοῖς, intellecto quod vetus glossator adscripsit futuro ἔσομαι, ellipsi rariore, de qua dixi ad Electr. 1065.

838. ἔρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν] Quod post γυναῖκα legebatur ἀπάταις, illato hic quoque in textum glossemate, deleuit Brunckius.

851. πανσύρτω παμμήνω δεινῶν | στυγνῶν τ' ἀχέων αἰῶνι] Sic correxi quod in codice est πανσύρτω παμμήνω πολλῶν | δεινῶν στυγνῶν τ' ἀχέων, ubi ἀχέων in αἰῶνι mutari volebat Hermannus, quod ego recepi servato ἀχέων, deleto vero πολλῶν. Quod autem versui στυγνῶν τ' ἀχέων αἰῶνι in antistropha v. 863. puri oppositi sunt spondei, frequens haec responsionis inaequalitas est in hoc anapaestorum genere, velut supra v. 197. γενύων ὠρμάθη πλαγά. = 216. ἐμπίπτεις οὔτως αἰκῶς. 202. ὦ πασᾶν κείνα πλέον ἄμέρα = 221. δεινοῖς ἠναγκάσθη δεινοῖς.

856. αὐδαῖς δὲ ποῖον post τί φῆς lectum recte deleuit Triclinius. Simili otiosi hominis additamento ego liberavi Oedip. Col. v. 1746. ubi verbis poetae μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλαχέτην τι adiectum est ναὶ ναὶ, ξύμφημι καὐτός.

915. τὰπιτύμβια correxi pro τὰπιτίμια, de quo pluribus dixi in annotatione.

918. νῶν ἦν] Sic codex. Male in apographis νῶν δ' ἦν.

968. πατρὸς κάτω | θανόντος] Recte, ut videtur, Meinekius (ad Oedip. Col. p. 265.) θανόντος ex glossemate illatum esse coniecit pro κεύθοντος. Sic glossema θανούσι verbo κειμένοις olim adscriptum postea textui illatum notavimus supra ad Ai. v. 988.

1007. 1008. οὐ γὰρ θανεῖν ἔχθιστον, ἀλλ' ὅταν θανεῖν | χορήζων τις εἶτα μηδὲ τοῦτ' ἔχη λαβεῖν] Hos versus, qui fortasse Euripidis sunt, margini olim adscriptos in textum irrepisse verissime iudicavit Nauckius. Neque enim mortem sibi denegatam expetit Chrysothemis, sed veretur ne sibi moriendum sit turpi poena affectae, quam Electrae imminere dixerat v. 279. μέλλουσι γὰρ σ', εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γόων, | ἐνταῦθα πέμψειν ἔνθα μὴ ποθ' ἠλίου | φέγγος προσόψει, ζῶσα δ' εἰ